

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollempnitas f
cum fonte primo

Si desinas ab omnibus secularibus operibus et nichil mundanum geras sed spiritualibus operibus uaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus diuinis aurem prebeas, de caelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, uenturum iudicium pre oculis habeas, non respicias ad presencia et uisibilia sed ad inuisibilia et futura: hec est obseruatio sabbati Christiano.

Origenes super Exodum omelia LXIX.

Si ergo desinas ab omnibus saecularibus operibus et nihil mundanum geras, sed spiritalibus operibus uaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus diuinis et tractatibus aurem praebeas, de caelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, uenturum iudicium prae oculis habeas, non respicias ad praesentia et uisibilia, sed ad inuisibilia et futura, haec est obseruatio sabbati christiano.

Origenes, *In Numeros homeliae*, 23, 4, 1 (SC 461, L. Doutreleau ed., p.122, ll.186-192).